



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Ara sine reliquiis, n. 9

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

unum physicè continuum cum consecrata: Ara enim, ut modo dixi, debet constare ex uno & simplici lapide, unam Christi personam significante. Quare, nisi pars consecrata tanta sit, ut sustentare Calicem, & Patenam posse, ut ea non licebit, prætextu quod modo dicto, fuerit refecta.

8. Scio, quod si assuatur frustum serici non benedictum planetæ v.g. benedictæ, tota planeta erit benedicta, idemque, si parum aquæ, vel olei infundatur in aquam benedictam, vel oleum consecratum; ac in casu nostro, quia requiritur dicta unitas physica, idem dicere non possumus.

*An in Ara debeant condi Reliquia
Sanctorum.*

9. IN consecratione Altaris solent recondi in ejus sigillo, sacrae Reliquiæ. Sigillum, seu, ut etiam vocant, Sepulchrum, hac in re, est,

est parvulus ille loculus in ipsa mensa, vel basi Altaris, seu Aræ, in qua includuntur Reliquiæ; nam propterea Sacerdos, in ipso Missæ introitu, osculans Altare, dicit. *Oramuste, Domine, per merita Sanctorum, quorum reliquias hic sunt,* &c. Dubitatur ergo, an hoc quod fieri solet, ita soleat, ut deficientibus reliquiis, legitima non sit Altaris consecratio?

10. Dico, non ^a requiri cum tanto rigore reliquias. Ratio est, quia, ut expendit Coninch, ^b non habemus clarum textum tantam necessitatem requirentem. Adde consuetudinem in contrarium rationabiliter in eo fundatam, quod, non semper in promptu, pro tanta Altarium multitudine adhuc sacræ reliquiæ. Sacerdos ergo cum dicit *quorum reliquias hic sunt,*

^a *Vasq. de Sacr. 233 c. 2. numer. 17.*
Suar. de Sacrif. d. 81. sect. 5. §. 3. additur fine. Coninch de Sacr. q. 83. art. 4. d. 2. n. 242. ^b *Coninch ibid.*

sunt, ideo dicit, quia, de more, solent, inibi adesse reliquiae: sicuti dicit Dominus vobiscum, & Orate fratres, etiam, solo uno praesente, quin scilicet de more multi solent adesse.

11 In defectu reliquiarum non posse a includi particulam Sacrae Eucharistiae, certum est, quidquid dicat Jo. Andreas, & Durandus a pud Vasquez. b

Quando amittit consecrationem Altare, ita utiliori ad Sacrificium, amplius, non possimus.

12. **S**i sit fixum, hoc est, consecratum ut totum, & ut integrum Altare stabile, amittit consecrationem, vel per enormem fractionem vel per solam amotionem à, si ab, cui est lapidea tabula affixa;

si sit
a Vasquez loc. cit num. 18. b Vasquez ibid c C. Quod in dubiis e& c. ligneis de consecr Eccl.